



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

Karoli Magni capitulare primum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-19366**

189 ANNO CHRISTI 769 Regum Francorum. KAROLI M. 190  
REGIS I.

# CAPITVLARIA KAROLI MAGNI REGIS FRANCORVM.

## KAROLI MAGNI CAPITVLARE PRIMVM

Datum, ut videtur, sub ejus regni exordia, anno Christi  
D C L X X I X.

Nunc primum editum ex veteri codice MS. sancti Vincentij Laudunensis.

### INCIPIVNT CAPITVL A.

1. *Vt servi Dei in hostem non pergant, nisi illi qui necessarij sunt propter divinum ministerium.*
2. *Ne sacerdotes fundant sanguinem Christianorum vel paganorum.*
3. *Vt servi Dei venationes non exerceant.*
4. *De Episcopis & Presbyteris ignotis, quomodo admittantur ad ministerium ecclesiasticum.*
5. *De sacerdotibus qui plures uxores habuerint.*
6. *Vt unusquisque Episcopus provideat in sua parochia ne populus agat paganias aut superstitiones.*
7. *Vt parochiam suam singulis annis unusquisque Episcopus circumeat.*
8. *Vt Presbyteri Episcopis suis subiecti sint, & ut quadraginta tempore rationem ministerij sui eis reddant.*
9. *Ne aliquis accipiat Ecclesiam infra parochiam sine consensu Episcopi sui.*
10. *Vt sacerdotes magnam curam habeant de infelis & infirmis & pauperibus.*
11. *De jejunio quatuor temporum.*
12. *Vt bis in anno ad mallum omnes veniant.*
13. *Vt nullus negligens sit quando pro Rege vel fidelibus suis orandum fuerit.*
14. *Vt sacerdos nisi in locis consecratis Missam non celebret.*
15. *De sacerdotibus qui ministerium suum adimplere non valent.*
16. *Vt sacerdos qui admonitionem Episcopi sui contempserit, deponatur.*
17. *Vt nullus iudex neque Presbyterum neque Diaconum aut Clericum sine consensu Episcopi sui disfingat.*
18. *Vt nullus Episcoporum vel secularium aliorum cuiusquam res retinere presumat.*

### INCIPIVNT SVPRASCRIBTA CAPITVL A ET EORVM TEXTVS.

*Vt servi Dei neque in hostem pergant, neque armaturam basulent.*

Lib. v. 1.  
Capitular.  
c. 123.

I. **K** Arolus gratia Dei Rex regnique Francorum rex & deus sanctorum Ecclesiae Defensor, atque adjutor in omnibus apostolicæ sedis. Horta omnum fideliuum nostrorum, & maximè Episcoporum ac reliquorum sacerdo-

tum consultu, servis Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare aut in exercitum & in hostem pergere omnino prohibemus, nisi illi tantummodo qui propter divinum ministerium, Missarum scilicet solemnia adimplenda & sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt, id est, unum vel duos Episcopos cum Capellani Presbyteris. Et uniusquisque Prin-

ceps unum Presbyterum secum habeat, qui hominibus peccata confidentibus judicare & judicare penitentiam possit.  
*Ne sacerdotes fundant sanguinem Christianorum vel paganorum.*

Ibid. 124.

**I. Vt sacerdotes neque Christianorum neque paganorum sanguinem fundant.**

Ibid. 125.

*Vt servi Dei venationes non exerceant.*

Ibid. 126.

**III. Omnibus servis Dei venationes & silvaticas vagationes cum canibus, & ut accipitres & falcons non habeant, interdicimus.**

*De Episcopis & Presbyteris ignotis, quomodo admittantur ad ministerium ecclesiasticum.*

Ibid. 127.

**IV. Statuimus ut secundum canoniam cautelam omnes undecimque supervenientes ignotos Episcopos vel Presbyteros ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admitteremus.**

*De sacerdotibus qui plures uxores habuerint.*

Ibid. 128.

**V. Si sacerdotes plures uxores habuerint, vel fanguinem Christianorum vel paganorum fuderint, aut canonibus obviaerint, sacerdotio preventur, quia detersores sunt secularibus.**

*Vt unusquisque Episcopus provideat in sua parochia ne populis faciat paganas aut superstitiones.*

Ibid. 129.

**VI. Decrevimus ut secundum canones unusquisque Episcopus in sua parochia follicitudinem adhibeat, adjuvante Graphione, qui defensor Ecclesie est, ut populus Dei paganas non faciat, sed ut omnes spurcitas gentilitatis abiciat & respiciat, sive profana sacrificia mortuorum, sive sortilegos vel divinos, sive phylacteria & auguria, sive incantations, sive hoffias immolatias, quas stulti homines juxta Ecclesias ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum Domini; qui potius quam ad misericordiam sanctorum suos ad iracundiam provocant.**

*Vt parochiam suam singulis annis unusquisque Episcopus circumferat.*

Ibid. 130.

**VII. Statuimus ut singulis annis unusquisque Episcopus parochiam suam follicite circumeat, & populum confirmare & plebes docere & investigare, & prohibere paganas observations, divinaque vel sortilegos, aut auguria, phylacteria, incantations, vel omnes spurcitas gentilium studear.**

*Vt Presbyteri Episcopis suis subjecti sint, & ut quadragesime tempore rationem ministerii sui eis reddant.*

Ibid. 131.

**VIII. Decrevimus quoque juxta san-**

**dorum canones ut unusquisque Presbyter in parochia habitans Episcopo subjactus sit illi in cuius parochia habitat, & semper in quadragesima rationem & ordinem ministerij sui, five de baptismo, five de fide catholica, five de precibus, & ordine Missarum, Episcopo reddat. Et quandounque jure canonico Episcopo circumeat parochiam populos ad confirmandos, Presbyter semper paratus sit ad suscipiendum Episcopum, cum collectione & adiutorio populi qui ibi confirmari debet. Et in cena Domini semper novum christma ab Episcopo suo querat. Et de vetere nulius baptizare presumat, sed ardere in luminaribus Ecclesiae faciat.**

*Ne aliquis accipiat Ecclesiam infra parochiam sine consensu Episcopi sui, nec de una ad aliam transeat.*

**X. Vt nemo accipiat Ecclesiam infra parochiam sine consensu Episcopi sui, nec de una ad aliam transeat.**

*Vt sacerdotes magnum curam habeant de infirmis & infirmis & penitentibus.*

**X. Ut incectis & criminosis magnam curam habeant sacerdotes, ne in suis periclitant sceleribus, & animas corum a dilittero iudice Christo eis requirantur. Similiter de infirmis & penitentibus, ut morientes sine sacrati olei unctione & reconciliatione & viatico non deficiant.**

*De jejuniis quatuor temporum.*

**XI. Vt jejunium quatuor temporum &**

**ipsi sacerdotes obseruent & plebi denuntient observandum.**

*Vt bis in anno ad malum omnes veniant.*

**XII. Vt ad mallum venire nemo tardet, primum circa aestatem, secundum circa autumnum. Ad alia verò placita, si necessitas fuerit, vel denuntiatio Regis urgeat, vocatus venire nemo tardet.**

*Vt nemo negligens sit quando pro Rege vel fidelibus suis orandum fuerit.*

**XIII. Vt quando denuntiatum fuerit pro Rege vel pro fidelibus suis qualibet causa orationes facere, nemo ex hoc neglegens appareat.**

*Vt sacerdos nisi in locis consecratis Missam non celebret.*

**XIV. Nullus sacerdos nisi in locis Deo dicatis, vel in itinere positus in tabernaculis & mensis lapideis ab Episcopo consecratis, Missas celebrare presumat. Quod si prefumperit, gradus sui periculo subjacebit.**

De

193 ANNO CHRISTI Regum Francorum. KAROLI M. 194

REGIS 6.

*De sacerdotibus qui ministerium suum adimplere non valent.*

Ibid. 192. XV. Sacerdotes qui rite non sapiunt adimplere ministerium suum, nec dicere juxta preceptum Episcoporum suorum pro viribus fatigunt, vel contemptores canonum existunt, ab officio proprio sunt submovendi quoisque haec pleniter emenda habeant.

*Vt sacerdos qui admonitionem Episcopi sui contempserit, deponatur.*

XVI. Quicunque autem à suo Episcopo frequenter admonitus de sua scientia, ut dicere curerit, facere neglexerit, præculdubio & ab officio removeatur, & Ecclesiam quam teneri amittat. Quia ignorantes legem Dei, eam alius annuntiare & prædicare non possunt.

*Vt nullus judex neque Presbyterum neque Diaconum aut Clericum sine consensu Episcopi sui disstringat.*

Ibid. 193. XVII. Vt nullus judex neque Presby-

terum neque Diaconum aut Clericum aut juniores Ecclesie extra conscientiam Pontificis per se distingat aut condemnare presumat. Quod si quis hoc fecerit, ab Ecclesia cui injuriam inrogare dinoscitur tamdiu sit sequestratus quandiu reatum suum cognoscat & emenderet.

*Vt nullus Episcoporum vel secularium alterius cuiusquam res retinere presumat.*

XVIII. Vt nullus Episcoporum vel secularium cuiuscunq; alterius Episcopi five Ecclesie five privati res aut regnorum divisione aut provinciarum sequestratione competere aut retinere presumat. Quod si quis hoc facere tentaverit, tamdiu sit ab omnium caritate suspensus & à communione gratia sequestratus quoadusque res ablatas cum fructuum satisfactione restituat.

Ibid. 190.

KAROLVS MAGNVS  
REX ITALIÆ  
ANNO DCCLXXIV.

EPISTOLA AD OFFAM REGEM MERCIORVM

Data anno DCCLXXIV. post devictos Longobardos & Saxones.

**K** Arolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum & Patricius Romanorum viro venerando & fratri carissimo Offano Merciorum Regi salutem, honorem, & amorem. Cùm deceat Reges potentes & famulos amicitia fœdere convinciri & mutuis gaudiis ad invicem gratulari, ut in vinculo caritatis Christus in omnibus & ab omnibus glorifetur, veltræ serenitati hoc eulogium duximus destinandum. Cùm nobilissimam Longobardorum civitatem cum suis civibus omnibus nostro dominatu subjugaverimus, & Italiam totam nostro imperio feliciter subjugaverimus Christi adjutorio, cui famulari desideramus, Rex Desiderius Longobardorum, Duceisque Saxonie, quos nostris nutibus inclinavimus, Vvithimundus & Albion, cum ferè omnibus incolis Saxonie, baptismi suscepimus sacramentum, Domino Iesu Christo de cetero famulaturi. Hoc igitur salubri mandato ego Karolus Regum Christianorum orientalium potentissimus vos, ô Offane Regum occidentalium Christianorum potentissime, cupio lætiticare, & te in dilectione speciali amplecti sincerius,

Tom. I.

N